



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

Pars Dvodecima. De Traditis Bonis Tempore Abbatis Corbeiensis Lvidolfi
Ab Anno 965 Vsque Ad A. 983.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS DVODECIMA,

IN QVA
EXPONVNTVR EA,

QVAE TEMPORE
CORBEIENSIS ABBATIS

L V I D O L F I

TRADITA SVNT ECCLESIAE CORBEIENSI

AB ANNO 965 VSQVE AD 983.

IMPERANTIBVS
OTTONE PRIMO

ATQVE
OTTONE II.

TRADITIONVM CORREIENSIVM
PARS DVODECIMA

IN QVA

EXPOSVNTVR EA

QVAE

CORREIENSIVM ABBATIS

LVDOLFI

TRADITA SVNT ECCLESIAE CORREIENSIS

ANNO DOMINI MCCC

IMPERANTIBVS

OTTOVI PRIMO

ATQVE

OTTOVI II.



§. 407.



tradidit *bunico* pro patre suo *hoia* in *thieddegeshus* (1) XX. iugera et I iurnalem.

tradidit *thangmarus* pro fratre suo *bunicone* I. iurnalem et XV iugera in eadem uilla et in *aldantborpe* (m).

§. 408.

(1) *Thieddegeshus* villa erat in pago *Suilbergi* sita, teste abbate Sarachone. Ob- De villa Thieddegeshus in pago Suilbergi.
uerfatur menti vicus desolatus *Tidexen*, olim haud procul ab oppido Einbeck in ducatu Grubenhagico obuius prope urbis portam, quæ vocatur adhuc porta Tidexensis.

(m) *Aldantborpe* itidem exiit in *Suilbergi* pago, eodem referente Sarachone. In- De villa Aldantborpe in pago Suilbergi.
dicatur vicus *Aldendorp* desolatus, oppidum inter Einbeck et *Saltz der Hellen* olim reperiendus. Ex hoc situ locorum iam supra §. 104. not. (†††) et §. 377. coniectauimus, *Buniconem*, *Thancmarum* atque *Hojam* fuisse e celebratissima stirpe *Widikindea* procreatos. Vnico die et eodem mense tam *Thancmarum* quam *Buniconem* hæc bona dedisse, affirmare non audemus, nisi quis perhibere malit, *Thancmarum* loco fratris sui *Buniconis* tradidisse bona, ad villam *Thieddegeshus* sita. Hoc nobis videtur omnino probabilissimum. Putamus enim, ei hæc a *Thangmaro* data esse bona, cum eius fratris *Buniconis* corpus ingenti languore sine viribus ægrum iaceret. Referunt enim *Corbeiensis* nostri in *Chronico MSpto* et coætaneo, anno *DCCCCLXVII. virum nobilem Buniconem opo sanctorum Viti et Iustini, quorum corpora in monasterio nostro, noua Corbeia appellato, quiescunt, a grauisimo morbo liberatum esse cumque ergo pro gratitudine utrique fieri fecisse nouam cistam argenteam.* Quibus e verbis discimus, *Buniconem* anno 967 laborasse morbo, et credidisse, se ope dictorum *Sanctorum* recuperasse sanitatem. Cum autem *Corbeiensis* nostri *Buniconem* appellarint *virum nobilem*, eo ipso indicarunt, illum e familia quadam illustrissima fuisse ortum. Perdiuitem fuisse eum, intelligitur et pater ex eo, quod totam cistam argenteam donare uoluerit. Ampla enim ista et inaurata cista erat, in qua olim *Corbeiensis* nostri corpus *S. Viti* recondabant. Eam in basilica sublimem collocabant, ut ab omnibus conspici posset. Hoc ipsum ex membranis *Corbeiensibus* annotatumprehendimus. Cum vero ex eodem chronico appareat, *Buniconem* eandem tradidisse cistam, præsidente suis Abbate *Luidolfo: Gexbernus* enim anno 965 XIII. Kal. April. mortuus, eodemque anno *Luidolfus* iterum, eodem *Chronico* teste, ordinatus erat; cuiuslibet facillimum intellectu erit, nos oportuisse ab hoc

Ab anno
965 vsque
983 im-
perante
Ottonē I. iugera.

§. 408.

Tradidit gerfridus in *ladricum* et in *brokbus* (n) I familiam et LX.

§. 409.

hoc §. 407 inchoare novam traditionum nostrarum partem. Cui conatui optime congruunt ea, quæ mox ad §. 409 dicturi sumus. Præfuit autem *Luidolfus* abbas abbatiæ nostræ ab anno 965 vsque ad 983, quo, testante Chronico laudato, mortuus fuit. Inter hæc autem *Otto Magnus*, Romanorum imperator Augustus, obiit, eiusque filius *Otto secundus* anno 973 suscepit regnum. Nonnihil ergo sequentium traditionum incidit in tempus imperii *Otonis I.* Reliqua ad tempus regnantis *Otonis II* quadrant.

De villis
Ladricum
et Brok-
bus in
pago
Nitbega.

(n) Villæ *Ladricum* et *Brokbus* tribuuntur ab Abbate Sarachone pago *Nitbega*. Hæc enim eius in Registro sunt verba: *In Ledriken et Brokbusen in pago Nitbega continentur LX iugera, quæ habet menigo, et persoluet XX modios siliginis, XIII oues, et VI pannos.* Quibus e verbis dilucet, locum *Ladricum* non procul a villa *Brokbus* existisse. Vnus enim colonus tam in *Ladricum*, quam in *Brokbus*, illa LX iugera tenuit. Hanc vero rationem nobis diu fuisse incomptam, fate- mur. Ad fluuium *Netham* in diocesi Corbeiensi reperitur vicus quidam *Brockhusen* seu *Bruchhausen*, inter *Otbergen* atque *Hemfen* vicus situs. Hunc diu habuimus pro villa *Brokbus*. Sed quamvis intercedat inter *Brokbus* et *Brockhusen* maxima similitudo, non vidimus tamen, vbi villam *Ladricum*, non procul a vico illo *Brockhusen* locatam, invenire deberemus. In eam igitur devenimus cogitationem, per villam *Brokbus* designatum fuisse *Borkbusen*, non procul sitam ab oppido *Borgentrick* in episcopatu *Paderbornensi*. In eadem enim regione locus quidam non procul ab inferiori *Natzungen* reperitur, quem incolæ vocant *Leverensieck*. Hunc a villa *Ladricum* nomen accipere potuisse, cogitavimus. Quemadmodum in *Westfalia* pro *Leder* (corio) olim dixere *Ladder*, ita ex *Ladricum* facile formari potuerunt voces *Ledriken*, et ex *Ledriken* *Leveren*. Particulam autem *Sieck* tandem addere accolæ potuerunt a solo rivis scateante. *Sieck* enim denotat solum, in quo multi scaturiunt riuli. Hæc si tibi minus placeant, edoce nos meliora. Gratum certe in nobis semper inuenies animum. Villam itaque nostram *Brokbus* probe discernas velim a vico *Brockhusen*, sito ad *Netham* fluuium. Nec hic confundendus cum comitatu *Brokbusen* in *Westfalia*. Præter opinionem hic fuit aberratum ab eruditissimo *Dño Eratho*, fautore nostro eximio, in *Conspectu Historiæ Brunsvico-Lunenburgicæ*, speciatim in *Bibliotheca Brunsvicensi* fol. 17. num. 439. Agenda enim, quæ l. c. adducuntur, edita sunt non pro comitatu *Bruchulano*, sed vico *Bruchhausen*, qui in principatu Corbeiensi est situs. Id ipsum recte observavit *Dom. Hermanus Casp. König*, iam apud *Rintelenes* pastor vigilantissimus, in *Bibliotheca Agendorum eccles.* p. 102 seqq. Deinde etiam hic vicus distinguendus est a *Brokbusen*, qui visitur non procul ab vrbe *Sufato*; tum a *Brochusen* et *Brochusen* villis, quarum altera erat prædiolum seu *Vorewere* ad curtem *Enehus*, altera ad curtem *Bekina* spectans et in episcopatu *Paderbornensi* sita; denique a *Brokbusen* in comitatu *Lippico*, villa, quæ non procul ab *Harentrup* distat. Cum autem in villa *Borkbusen*, sito ad oppido *Borgentrick* reperiunda, comites *Waldeccenses* bona teneant, quæ ipsi conferunt nobilibus dominis de *Spiegel* in feudum, testibus litteris ad annum 1407, probabilissima ex coniectura *Gerfridus*, qui in eadem villa tradidit bona, idem, vel eius patruus fuit, qui infra §. 426 quædam largitus est, sita ad villam *Tithemudele* in pago *Itegowe*. Ad stirpem *Widekindæ* cum retulimus supra §. 104. not. (††) Extinctis enim *Bunichonis* posteris, bona eorum peruenisse ad *Sualenbergenses* et *Waldeccenses* comites, non ambigent ei, qui in ea historia parte fuerunt versati.

(o) Lu-

§. 409.

Tradiderunt udo et amelungus pro patre suo billing et matre hildiburg duas familias in *ludulfinbus* (o) et iugera CXX et IIII iurnales.

et gubernante Corbeiam Luidolfo.

§. 410.

(o) *Ludulfinbus* villa fuit, Sarachone teste, in pago *Logne*. Procul dubio designatur vicus *Ludulfinbusen*, in principatu Gottingensi in praefectura Fridland obuius. Sed quis, querimus merito, *Billingus* est, pro quo bona intra eandem villam sita traduntur? An pater *Herimanni*, Saxoniae ducis? Ita viderur nobis. *Billinganos* enim in pago *Logne* bona quaedam possedisse, iam supra §. 104. not. (w), cum viro illustri Grubero consentientes, diximus. Sin vero *Billing* fuit pater *Herimanni* ducis; *Amelungum* fuisse oportet episcopum Verdensem. Duci enim *Herimanno* fuisse fratrem *Amelungum*, episcopum Verdensem, refert *Annalista Saxo* p. 302. Hic *Amelungus* erat, *Ditmaro* p. 337 seq., et *Chronico nostro Corbeienfi*, testibus, *Brunonis*, monachi e *Corbeia nostra*, antecessor. Eundem *Amelungum* iam anno 937 praefuisse ecclesiae Verdensi, comprobari potest e diplomate *Otonis Magni*, quod post *Meibomium*, *Sagittarium*, *Hahnium*, e *MSpto* edidit *I. G. Eccardus* in *Historia Genealog.* p. 135 seq. dummodo hoc diploma fuerit genuinum. Datum id est XI kal. Octobris anno 937 *Indictione XI*. Sed diei 21 Septembris non erat coniuncta *indictio XI*, sed *IX*. Quemadmodum vero speramus, hoc *sphalma*, quod alias ipsi diplomati falsitatis notam maculamque inurere posset, ex ipso autographo emendari posse; ita statuimus, iam anno 937 *Amelungum* rexisse ecclesiam Verdensem. Diu sane praefuisse *Amelungum* Verdensi episcopatu, patescit e *Ditmaro*, referente p. 338, illum in bona senectute obiisse ad III. nonas Maii. Quo anno *Amelungus* vitam cum morte commutauerit, eique *Bruno* successerit, in *annalibus veterum* aetate aequalium scriptorum relatum non legimus. Si *Bruno* monasterium *Ullesheim* iam anno 960 fundasset, prouti dominus *Conf. aul. Erath* in *Conspectu Hist. Brunf. Lun.* p. 8. cum *Schloepkenio* perhibet, *Amelungus* anno 960 non amplius in viuis fuisset, neque fides stare posset *Annalista Saxonis*, qui p. 302 mortem eius ad annum 962 refert. Ante annum 973 obiisse *Amelungum*, non dubitamus, quoniam id certum est. *Otto* enim I *Brunonem*, monachum *Corbeiensem*, *Amelungo* episcopo statuit successorem, teste *Ditmaro* p. 338. Eundem *Brunonem* rursus mortuum fuisse VII. id. Martii a. 976, idem *Ditmarus* retulit p. 342. Quidquid ergo de huius *Brunonis* papatu quidam blaterant, nugae sunt, *Amelungum* iam anno 972 vitalem auram reliquisse, patet ex decreto *synodi Ingelinheimensis*, quod e membrana in *Historia nostra Corbeienfi* producemus. In eo enim iam ad annum 972 obuius est *Bruno*, *Verdensis Episcopus*. Illud sane falsum est, *Brunonem* iam anno 960 fundasse monasterium in *Ullesheim*, prouti in *Historia monasterii Ullesheimensis* demonstrabimus. Scriptura certe cathedralis ecclesiae *Verdensis* multis scater naeus. Perspicitur praeterea e *Chronico nostro Corbeienfi*, *Amelungum* nondum anno 962 e vita exiisse. Haec enim, quas damus, traditiones docere nos possunt, cum adhuc anno 967 vitalem auram traxisset. Alium enim ibi per *Billingum* designari, quam patrem ducis *Herimanni*, nobis persuadere non possumus. *Billingum* animam reddidisse creatori anno 967 iam supra §. 104. not. (w) e factis *Corbeienfibus MSptis* commemorauimus. Cum hisce *Chronicon Corbeienfe MSptum* et coetaneum accuratissime concordat. Quodsi autem *Amelungus* fuit frater *Herimanni* ducis, *Amelungus* autem filius *Bilingi*; tunc sequitur, et *Billingum* fuisse patrem, et *Udonem* fuisse fratrem ducis Saxoniae *Herimanni*. Eum cum *Otto* I iam anno 937 principem militum constituisset, teste *Widkindo nostro* p. 643; idem *Widkindus* p. 644 eundem *Herimannum* iam ad annum 938 optimo solidoque iure ducem potuit appellare. Nihil ergo rationis videmus, quae nos impediatur, quo minus *Udonem*, cuius filius *Geuehardus* anno 938 occisus est in *Badiliki*, habeamus pro fratre ducis Saxonum *Herimanni*, cum ex his traditionibus discamus, *Udonem* fuisse fratrem *Amelungi*, et ea propter etiam fratrem *Herimanni*.

Kkk k 2

Ab anno
905 usque
985 im-
perante
Ottone I.

§. 410.

Tradidit tiadmarus I familiam in *scattun* (p) pro coniuge sua rainmod.

§. 411.

Tradidit liudharius pro filio suo tiadmaro in *rothem* (q) XXXXIII. iugera.

§. 412.

De villa
Scattun
in pago
Fleithi.

(p) Villam *Scattun* fuisse in pago *Fleithi*, docet nos abbas noster Saracho in suo Registro B. et P. A. C. Pagum *Fleithi* existisse circa oppidum Gandersheim, atque in praefectura Wintzenburg in Hildesheimensi episcopatu, iam vidimus supra. Vbi autem villa *Scattun* exstiterit, non satis est in expedito. Infra vicum tamen Bodenburg, qua itur ad villam Oestern per viam regiam, olim sita fuit villa *Scatten*. Superfunt reliquiae, pauci incolae habitantes locum accliuem, adpellatum vulgo *Scattenberg*. Interim pagus *Fleithi*, in quo ea exstitit villa, ansam nobis praebet statuendi, *Tiadmarum*, qui bona huius pagi nonnulla Corbeiensibus largitus est, progenitoribus Northeimensium comitum videri inferendum. Hos enim eadem in regione bona tenuisse hereditaria, supra vidimus. Si coniectura aliquid adsequi licet, statuendi fere sumus auidi, *Tiadmarum* fuisse filium Sigisfridi IV, fratremque Borchardi et Sigisfridi V. Videri potest nomen *Tiadmaro* nostro obtigisse, ab auo petitum.

De villa
Rothem
in pago
Derlingo.

(q) Villa *Rothem* erat in pago *Derlingo*, teste Sarachone in Registro sita. Pagus *Derlingo* erat in ducatu Brunsvicensi et quidem in praefecturis Wolfenbuttel, Campen, Gifhorn, Königslutter, Warberg, Schöningen, Dalen et Hessen, situs, vti iam comprobaui in *Braunschweigischen Anzeigen* anno 1745. et supra §. 15. In eadem autem regione visentibus se offert primo vicus *Rothem*, iter dimidiae horae distans ab vrbe Brunswiga, hodie dictus *Rauten*. Hunc significant sequentes, nondum editae, litterae, quas cum lectore libet communicare.

Ek Laurentius von Honlege unde Hansß von Honlege geñ. Laurentius sonne bekenne openbar in dussẽm breue vor uns unse eruen unde vort vor als weme dat wy upgenomen unde empfangen hewen van dem erfamẽ Hennige Damañe borger to brunswigk drittich gude rinsche gulden an redem golde de wy vort in unne unde unse eruen nut witlick gewant unde gekert hewen. Hiruor hewen wy denen obgeñ. Hennige Damañ synen eruen unde Hewer dusses breues mit orem guden willen rechts unde redelickes kopes verkofft unde in ore were gelaten Eine houe Landes to *Rothem* im Gerichte to Wullffl. unde eyne kothoff mit alle oren Rechticheiden unde tobehoringen in aller mathe unde wissẽ de an uns dorch tilen Lutterden zelgen vortedegeth unde lehnloff geworden is, also dat geñ. Henigk Damañ unde sine medebenente seck des na orem besten gebrucken hewen unde vor de drittich rinsche Gulden besitten mogen, unde enwillen noch entschullen unff der Houe landes unde des kothoffes mit aren tobehoringen innewendich viss jaren na dato dusses breues nicht ondernemen edder wederkopen so wy des de macht in maten hir na folgende beholden hewen. Ock schullen unde willen wy ohne der houe landes kothoffis unde tobehoringen ore bekenige heren unde waren syn unde van aller ansprake entheuen wu vaken ohm des behof unde not is, unde van uns geefchet worde. Jdoch hewen wy uns unde unssen eruen, wañ dussẽ viss iar na dato dusses breues verlopen sin den willen unde de macht beholden, dat wy von ohne de obgenanten houe landes unde de kothoff mit oren tobehoringen alle jar mogen wedder kopen vor drittich rinsche gulden auer wann wy dat den willen dat Schullen wy ohne

§. 412.

Tradidit amulungeri in *heribremum* (r) XXVIII. iugera.et gubernante
Corbeiam
Luidolfo.

§. 413.

ohme touoren eyn ferndell iars vorkundigen unde ohme denne tome negeft folgende funte michaelis dage ore drittich rinfche gulden wedder geuen funder allen hinder unde vortoch in der Stat to brunfw. fo daffe des mechtig fyn unde dar to dat ienne am hoff unde buwete gebettret unde gebuwet. ower alle punfte un artikell duffes breues louen wy *Laurentius* un *Hans von Honlege* fone unde vader vor uns unde unffe eruen unuerbroken funder all lifte unde geuerde woll to holdende un hewen des to bekentnisse unfe infeggel vor uns unffe eruen witlik doñ hangen an duffen breu na Crifti gebort verteynhundert darna in deme achten unde negentigften jare am dage Sancti viti.

Wy *Hinrick* de elder vonn Gots gnaden *Hertoge to brunfwig unnd luneborg* etc. bekennen openbar in und mit duffen breue vor uns unfe eruen und allweme, So alfe *Laurentz* und *Hans fin fohn von Honlaige*, up einen wedderkop verkofft heben eine Houe landes belegen to *Rothem* in unsem gerichte to *Wulffenbuttel* und einen kothoff mit allen gerechticheiden unnd tobehoringen *Heninge Damane* unsem borger to brunfwig und finen Eruen vor enne fomen geldes na Lude der breue darouer gegeuen dat fo dan mit unsem wetten willen und fulborde gefchen ift, bewilligen und fulborden dat iegenwerdigen in crafft duffes breues, und oft de vorgeschreuen gudere als de von uns to lehne gann verleddigen eddes loiffworden wo dane wiff dat gefche, So willen wy dee nicht vorlehenen vorfetten verkopen noch neyne wiff dorch uns odder andere anemathen dem gñten *Hennige Damanne* edder finen eruen und mide benoimpten fie touorn ore gelt na lude der breue vernoget und betalt ahn alle geuerde. To orkunde heben wy unfe Ingefegell vor uns und unfe Eruen an duffen breu wetlken doin hengen na Crifti unfes Hñ gebort vertein Hundert im acht und negentigften Jaren am Sonnauende na inuocñ. fancti *Steffani*.

Deinde est in eodem tractu vicus *Rothem* in praefectura *Gifhorn*, tum *Roden* in praefectura *Fallersleben*, et denique *Rade* in praefectura *Knefebeck* in Principatu *Luneburgico*, cuius ecclesia est filia ecclesiae in *Ohrdorf*. Quenam ex his villis designetur, in medio relinquimus. Ocasio erit de ea causa pluribus differendi in *Clientela Corbeiensi*. Quaecunque autem illa sit villa siue *Roden* siue *Rothem* siue *Rotben*, ambigere tamen non poteris, *Tiadmarum*, pro quo pater *Liudbhartus* eadem bona tradidit, fuisse illum, quem anno 982 *Corbeienses* nostri elegerunt in Abbatem. Cum enim ille anno 966 monasterio *Corbeiensi* se adgregauit, procul dubio illum per integrum annum probarunt, an aptus esset ad tolerandum vitae monasticae onus. Adprobato igitur specimine inclitum anno 967 inter monachos receperunt, ex quo monasticam ediderat professionem. Ex quo apparet, hanc traditionem esse peractam non anno 955, sed anno 967, eodemque tempore adhuc vixisse auum *Ditmari* episcopi *Merseburgensis*, quippe qui anno 982 demum mortuus est, vti §. 188. pluribus comprobauimus argumentis.

(r) *Heribremum* villa collocatur ab abbate *Sarachone* in pago *Pathergo*. Indicatur De villa vicus *Herbram*, in episcopatu *Paderbornensi* situs. Discernenda ergo haec villa *Heribremum* in est 1) a vico *Herbirun* in *Emslandia* non procul ab *Afchendorp*, qui fortasse est *Heribrunno* villa, quae anno 890. spectauit ad patrimonium *Wicberti* episcopi *Verdensis*, restante *Chronico Verdensi* Tom. II, S. R. B. *Leibn.* p. 214.

Kkk k 3

2) ab

Ab anno
965 usque
983 im-
perante
Ottone I.

§. 413.

Tradidit bardo pro coniuge sua alfred I familiam in *aldan-
thorpe* (f).

§. 414.

Tradidit folcred pro se I familiam in *tithemudele* (t)
tradidit landuard pro filio suo gelo in *uuidenbrukin* (u) I mansum
et I iurnalem.

§. 415.

Tradidit episcopus pro filio suo uuikiero XXX iugera in *mangereshus* et
I iurnalem (w):.

§. 416.

Tradidit folckier pro filio suo raginuardo in *asterehsuf* (x) XX. iuge-
ra et I iurnalem.

§. 417.

2) ab *Herberen* vor der Numborch, de quo loquuntur litteræ supra §. 216
not. (H) allatæ, 3) ab *Herbeven* in episcopatu Monasteriensi non procul a mo-
nasterio Cappenberg, et 4) ab *Herborner marca* in comitatu Nassouico, cuius
meminit illustris D. Io. Georg Estor in *Anal. Hass. Collect.* II. p. 297. et ad
quam referuntur loca Akensteden, Aslar, Berghufen, Werdtorf, Eringshufen,
Dilnheime, Dughufen, Karzenfort, Odingen, vici *uff der Lempe*, Koelshufen,
Breidenbach, Bechlingen, Dreisbach et Niederlempe. An *Amulungeri*, qui in
vico *Herbram* quædam donauit, ad familiam Widikindeam sit referendus nec ne,
in medio relinquitur. Fortasse is pater erat Amelungi comitis, qui tempore
Meinwerici fuit aduocatus Paderbornensis.

De villa
Aldan-
thorpe in
pago
Suilber-
gi.

(f) *Aldanthorpe* erat in pago *Suilbergi*, abbate Sarachone teste. Designatur Alden-
dorp locus, olim non procul ab oppido Einbeck obuius in Principatu Gru-
benhagico. *Bardo* ergo esse videtur Bardo II, filius Bardonis I Widikindei, vel
huius, scilicet Bardonis I, nepos.

De villa
Tithemudele
in pago
Itergo-
we.

(t) *Tithemudele* tribuitur ab abbate Sarachone in Registro B. et P. A. C. pago *Itergo-
we*. Designari intelligimus vicum Dommel, in præfectura Eisenberg in comi-
tatu Waldecceni conspiciendum.

De villa
Widen-
brukin
in pago
Sudergo.

(u) In pago *Sudergo* erat sita villa *Widenbrukin*, Sarachone teste. Videtur significa-
ri locus Widenbrück, ad Amasim fluuium in præfectura Reckenberg situs, ad
iura spectans episcopi Osnabrugensis. Concessit anno 952 Otto I episcopo Os-
nabrugensi Drugoni in eodem loco monetam et publicum mercatum, testante
diplomate in Nic. Scharenii *Anal. Paderb.* T. I p. 294. et Chronico Osnabrug.
T. II, S. R. G. Meibomii p. 203. Bruno episcopus Osnabrugensis anno 1258
voluit et definiuit, vt præpositus in *Widenbrugge* de capitulo Osnabrugensi de-
beat assumi: et Widekindus eiusdem sedis episcopus, natus de comitibus in
Waltegge, anno 1268 ex consilio sui capituli et ministerialium Wilhelmo, dicto
Lyntberg militi, dapifero suo, molendinum in *Wydenbrugge*, prope longum
pontem situm, concessit l. c. p. 218 seq. conf. etiam si placet l. c. p. 220. 230.
et 263. De *Landwardo*, qui in eodem loco bona quædam tradidit ecclesiæ Cor-
beiensis, egimus supra §. 104 not. (n) et de ipsis his bonis in *clientela Corbeiensis*
fufius commentamur.

De villa
Mange-
reshus
in pago
Almun-
ga.

(w) De villa *Mangereshus*, quæ, Sarachone teste, erat in pago *Almunga*, et de Er-
pone confer supra §. 400.

De villa
Asterehsuf
in pago
Hrecwiti.

(x) *Asterehsuf* villam tribuit Saracho in Registro pago *Hrecwiti*, atque designasse vi-
detur vicum *Osterehsuf*, in episcopatu situm Osnabrugensi. De *Folckiero* eiusque
filio *Raginwardo* confer §. 104. not. (n) vbi eum inter progenitores comitum
de Tecklenburg retulimus.

§. 417. Tradidit oddo pro propinquo suo godfcalco in baldualdun (y) XXX. iugera et I iurnalem in *aieshus* (z). et gubernante Corbeian Luidolfo.

§. 418. Tradidit thadhardus pro filio suo thiadmaro in *marungun* (a) in uico qui dicitur *thiedressun* I familiam.


§. 419. Tradidit bernhard pro filio suo uolcmaro in *amaleueshus* (b) I. mansum et I iurnalem.

§. 420. Tradidit uolcmarus pro fratre suo tiadmaro et matre eius quidquid habuerunt in *hauerga*. (c) §. 421.

(y) Villam *Baldualdun* fuisse in pago *Hessi Franconico*, docet nos abbas noster Saracho, probabiliter indicans vicum *Battenfeld*, haud procul a *Battenberg* in *Hassia* conspicuum. De villa Baldualdun in pago Hessi Franc.

(z) *Aieshus* villa collocatur ab eodem Sarachone in pago *Loginacogowe*, quem ad fluvium *Lanam*, dictum nunc *die Lahn*, in *Hassia* existisse, iam supra vidimus. Quamuis autem situm villae *Aieshus* nondum accurate definire queamus, conclusimus tamen ex situ harum villarum in *Hassia* sitarum, *Oddonem* fuisse dominum in terris *Hassiacis* prepotentem. Reputamus ergo eum pro *Ottone*, filio *Conradi IV*, ac pro nepote *Otonis I*, caesaris, ex filia. Chronologia sane huic sententiae non repugnat. Si enim *Luitgarda* *Otonis* caesaris filia, teste *Lamberto Schafnabrugensi*, nupsit *Conrado* ad annum 949, *Otto* noster in lucem suscipi potuit anno 950. Habebat igitur *Otto* anno 973, quo haec bona tradita esse videntur, aetatis annum XXIII, Pater eius *Conradus* iam anno 955. IV. id. Aug. in praelio occubuerat, uti iam supra §. 216. e Chronico nostro coetaneo docuimus. Erat autem *Otto* abbatis nostri *Luidolfi*, cui haec bona tradidit, cognatus. Si enim, uti probabilissimum est, *Luidolfus* abbas fuit filius *Hogeri* advocati *Corbeienfis* talis *Luidolfi* atque *Otonis* cognationis gradus existit.

Luidolfus dux Saxoniae vxor Oda.



Sed quis *Godfcalcus* erit, qui in traditione nostra appellatur propinquus *Oddonis*? An *Oddonis* fororius? An frater coniugis *Oddonis*? An ille *Guntheri* comitis et marchionis *Misnensis*, anno 982 mortui, frater fuit? Fortassis hoc momentum vltimum est veritati consentaneum.

(a) *Marungun* poni pro pago, res ipsa docet. Docet id praeterea Registrum *Sarachonis*, quod villam *Thiedressen* collocat in pago *Marungun*. Quam in regione hic pagus collocandus sit, indicant villae, quae eidem pago tribuuntur. Haec sunt pagi *Marungen*, a solo lutofo dicti, villae: 1) *Morunga*, testantibus diplomatibus ad annos 1016, 1075. Ipsa videtur esse *Moringen*, oppidum in principatu *Gotingensi*. 2) *Thiedressen*, quae erit *Dentenissen*, villa desolata in eodem principatu, olim iter dimidiae horae ab oppido *Moringen* sita, et 3) *Holtbusan*, quae item villa desolata, quondam dicta *Holtensen*, et in praefectura *Moringen* reperta est. De *Thadbaro* eiusque filio *Thiadmaro* egimus supra §. 104. not. (1) conf. infra §. 439.

(b) *Amaleueshusa* erat in pago *Suilbergi* sita, abbate *Sarachone* teste in Registro. Designatur vicus *Amelsen* in praefectura *Hundesrueck*, olim in comitatu *Dasseliensi*, veshus hodie autem in *Hildesiensi* episcopatu. De *Bernhardo* conf. supra §. 104. not. (1). De villa Amaleueshusa in pago Suilbergi.

(c) Villa *Hauerga* in nostro Registro non reperitur. Nescimus ergo an sit vna eademque cum *Hauerga*, quae teste diplomate *Heinrici* regis ad annum 1011 erat in comitatu *Haholdi* posita, an vero sit alia. De villa Hauerga.

Ab anno
973 vsque
983 re-
gnante
Ottone II
et guber-
nante
Corbe-
iam
Luidolfo.

De villa
Erpesus
in pago
Logne.

De villa
Thied-
deghe-
sus in pa-
go Suil-
bergi.

De villa
Were-
thun
in pago
Nithega.

§. 421.

Tradidit herimannus comes I familiam in *erpesbus* (d).

§. 422.

Tradidit herimannus pro se et coniuge sua imman et matre sua alcfried quidquid habuit in *thieddegbesbus* (e).

§. 423.


Tradidit *luidolfus* comes quidquid habuit in *uuerethun* (f).

(d) *Erpesus* villam collocat abbas noster Saracho in pago Logne, qui erat in principatu Göttingensi. Sine dubio itaque intelligitur vicus *Erbson* in iudicio Adelpsen. De *Hermann* comite vide, quæso, supra §. 104. not. (l).

(e) *Thieddegbesus* villam fuisse in pago *Suilbergi*, docet abbas Saracho in Registro. Intelligimus ergo, designari vicum desolatam *Thidexen*, haud procul ab vrbe Einbeka situm in Principatu Grubenhagensi. Cum vero in eadem villa Widikindei bona hereditaria tenuerint et tradiderint, *Herimannum* ad Widikindeos posteros retulimus supra §. 104. not. (u)

(f) Villam *Werethun* retulit abbas noster Saracho ad pagum *Nithega*. Ex quo patet, vicum indicari *Werden*, ad Wiseram in Corbeiensi abbacia situm. Eadem ergo villa est, in qua olim, testante §. 149, *Hadwi* ducis *Ecberti* filia, ac ducis *Luidolfi* soror, bona quædam tradiderat. Atque ex eo conclusimus, ex eodem germine, quo *Hadwi* prædicta fuit nata, ortum quoque fuisse *Luidolfum* comitem, qui in eadem villa largitus est ecclesie nostræ, quidquid habuit. Cum itaque e diplomatibus cæsareis, supra §. 139. et §. 324. adductis, pateat, comitem quandam *Luidolfum* in pago Nitherfi vel Nithega anno 965 et 980 fuisse aduocatum Corbeiensem, ea in sententia obfirmati sumus, eundem *Luidolfum* aduocatum hæc, in villa *Werethun* sita, bona Corbeiensibus tradidisse. Grandem natu fuisse illum, cum hæc largitus esset, probabilissimum est. Apparet enim ex §. sequenti 425, Aficonem ac Thiadricum, Comites, bona sua tradidisse anno 984, et quidem eo tempore, quo abbas *Luidolfus* non amplius in viuis erat. Quo ipso denuo doceatur, comitem *Luidolfum* anno circiter 982 munera sua contulisse ecclesie Corbeiensi. Facile ideo credimus, comitem *Luidolfum* adhuc tempore abbatis *Luidolfi* muneribus suis ornasse abbatiam nostram, cum comes *Luidolfus*, et *Luidolfus* abbas consanguinei fuerint, vt e sequenti genealogico schemate apparet:

Luidolfus dux Saxonie.



Diu autem post hæc vixisse nec abbatem nec comitem cognomines, probabilissimum est. Abbas, sanctitate apud suos clarus, mortuus fuit anno 983, Id. Augusti, id quod e chronico nostro Corbeiensi sæpissime excitato didicimus. Errat ergo Antonius Schnackenburgius in *Annal. Corb.* T. II. Leibn. p. 302, dum mortem abbatis nostri Luidolfi ad annum 990 retulit. Antonio calculum nostrum hic addere non licet. Ipse Antonius l. c. affirmat, papam Iohannem confirmasse anno 989. omnia priuilegia Corbeiensium. Si Antonius igitur has bullatas litteras perlegere voluisset, facile is suum errorem potuisset cognoscere. In eisdem enim bullatis litteris iam mentio iniicitur *Thietmari*, abbatis monasterii, quod vocatur noua Corbeia. Porro idem Antonius e diplomate Ottonis III ad annum 987 dato, discere potuisset, dummodo id voluisset inspicere, se toto cælo errauisse. In eo enim diplomate, imperator meminit Thietmari, Corbeiensis ecclesie abbatis. Frustra itaque ab eodem Schnackenburgio commemoratur, *Luidolfum* anno 987 diuersa emisse et commutasse bona, prædia, mansos, pascua et *ligneta*, eundemque abbatem anno 988 in Sollingo construxisse oratorium, honori S. Bartholomæi apostoli dicatum, cuius in vigilia primus fundamenti iactus fit lapis. Eodem autem anno, quo *Luidolfus* abbas e vita emigravit, vitam cum morte commutauit *Otto II* imperator, Chronico nostro coætaneo et MSpro teste. Cum ergo parti duodecimæ colophonem imponere libet, sectione sequenti ostendemus, bona, abbate *Thietmaro* suis præfidente ab anno 983 vsque ad 1001, tradita esse Corbeiensibus, regnante Cæsare Ottone III.

TRA-